mitationem facit l.magnam.C.de contrah.⁊ commit.ſtip.⁊ quod no.
Bal.in l.cum rem alienã.C.de legi.⁊ vide Ang.in d.l.qui fun-
dum.in §.ſeruus.¶Et ad primam limitationem vide Alex.in
cõſ.c.xxiiij.verſi.⁊ potiſſime.ver.⁊ hec opi.in j.vol.⁊ ibi,quod
tempus decem ann.dr̃ longinquum,⁊ vide Soci.in conſil.cclx.
verſi.⁊ ad ꝓbationes.vbi quod ex multitudine negotiorũ poſt
menſem preſumitur.

LEX XIIII.

1 ¶Mora commiſſa in precedenti ſtipulatione,purgatur per ſe
cundam factam animo nouandi,ſi res fuit preſens.
2 Fiſcus habetur loco heredis in obligatione iam contracta, ſe-
cus in contrahenda,quanquam ex cauſa de preterito.
3 Deportatus quando obligetur ciuiliter,⁊ naturaliter.
4 Conditio exiſtens trahitur retro ad tempus ſtipulationis con
tracte,ſi tempore exiſtentis conditionis reperiretur extremum
habile ad obligationem contrahendam.

QUoties. Iſta eſt multum ſolennis lex,⁊ di-
uidit in duas partes.¶Primo
qñ ſtiplo conditionalis interponit ad nouandam pu
ram.¶Secdo qñ ſtiplo pura interponitur ad nouan
dam cõditionalẽ.Secda ibi,ſed ſi qđ.⁊ hr̃ h.d.Stiplo conditio-
nalis nouat puram in conditionis euentum: ſed ſtatim moram
precedentis obligationis purgat.Item ſtiplo pura nouat con-
ditionalem in conditionis euentum,ſi tunc extitat pſona,in quã
oblo cadat.h.d.in ſumma tex.Ibi,egiſſe videatur,q2 ꝑ eam re-
ceſſum vr̃ a conditionali oblone,ſm mentem contrahentium.⁊ habes
idem quod hac l.in l.pecuniã.ff.ſi cer.pet.¶Ad ver.vñ Mar
cellus.Et p.fortiter de l.eũ qui ita.§.ſi.ff.de ver.obl.vbi ꝑ ſtipu-
lationem conditionalem non tollitur mora precedens.Solue
1 vt ibi dixi,⁊ dicam in proximo contrario.¶†Item opp.de l.ſi rem.j.c.
Glo.dt,ꝙ ibi fuit expreſſe actum,vt mora non purgaret.Iſtud
eſt diuinare vel ibi loquit,qñ reo abſente fuit facta ſtiplo ſecun-
da animo nouandi,⁊ hic reo preſente.⁊ iſta eſt vera.⁊ notabi-
lis ſol.⁊ iſtam tenui in l.eum qui ita.§.ſi.ff.de verb.obl.⁊ eam tz
Ia.de Rauẽ.⁊ omnes Moder.lz Ia.de Ra.in l.eum qui ita.
§.ſi.iſtam ſol.ſibi appropriet,⁊ ꝓbat iſta ſol.in l.qui decez.§.idẽ
a rñſum eſt j.de ſol.¶Venio ad ſecundam [a] partem:⁊ vr̃ ꝙ lz ꝑ-
ſona ſit deportata,ꝙ mouet oblo.Nam fiſcus eſt heres:ꝛiõ eſt ꝑ-
ſona que põt obligari,l.nouatio.j.c.Sol.dñt quidam,hic loqui
tur qñ poſt deportationem bona non erant adhuc a fiſco agni-
ta,⁊ ſic nondum erat heres.hoc non plz,q2 idem eſt hr̃ditatem
iacere,vel aditam eſſe,d.l.nouatio.Vel aliter,⁊ iſtã tz Dy.aliud
eſt,quem eſſe mortuum naturaliter,aliud,quem eſſe deportatũ.
Et ſi tu dicis fiſcus hr̃ loco heredis,dico quod non eſt verum ꝑ
oĩa.Ita habuiſtis no.ff.tit.j.l.inter eos.§.ſi.que gl.ꝓbat ꝑ hãc
2 legem,vt ibi dixi.¶†Ex quo no.quod in oblone iã contracta fiſcus
b hr̃ [b] loco heredis,ſed in obligatione contrahenda,quanquam ex cã
3 de preterito,non hr̃ loco heredis,vt hic.¶†Ulterius q̃ro,dr̃
hic,ꝙ deportatus non eſt perſona,que obligat,an deportatus
obligetur naturaliter,⁊ ciuiliter:Glo.hic dicit,ꝙ non obligat
ciuiliter,ſed naturaliter ſic.hoc non eſt verum in caſu noſtre le
gis,q2 ſi obligaretur naturaliter,prima obligatio nouaret,vt ff.
eo.l.j.quod eſt contra iſtum tex.dico ergo quod in caſu noſtre legis
non obligatur ciuiliter,vel naturaliter.Et ideo aduerte tria [c].

Nam quedam ſunt obligationes de preterito contracte,⁊ ab illis per
deportationem liberatur fideiuſſor a ciuili ⁊ naturali,⁊ trãſfun
ditur in fiſcum,vt ff.tit.j.l.ſi debitori deportatio.Quedam ſunt
obligationes de nouo contrahende,⁊ in illis obligatur deportatus
naturaliter,l.quidam.j.de pen.qm̃ retinet ea que iuris gentium
ſunt,vt ibi.Quedam ſunt obligationes de nouo perficiende,tñ
ex cauſa de preterito,⁊ in illis nullo modo obligatur,vt hic.
4 ¶†Ultimo no.iſtam legem [d],quod lz exiſtens conditio traha
d tur retro ad tempus ſtiſpulationis contracte,l.qui potior.⁊ l.qui bal
e neum.ff.qui po.in pig.hab.tñ hoc eſt verum [e],ſi tempore exiſtẽ
tis conditionis reperiretur extremum habile ad obligationem
contrahendam:ſecus ſi reperiretur inhabile,vel ex parte rei,vt
hic ij.reſponſo,vel ex parte perſone,vt hac lege,vltimo reſpon
ſo.Tene menti perpetuo.

ADDITIONES.

a Alex.¶Venio ad ſecundã.Et de intentione huius tex.in par-
te diſputat late Bald.in l.j.de exec.rei iud.⁊ in l.ſi.in vij.q̃ſt.C.
de contrahen.emp.
b Alex.¶Fiſcus hr̃.Et hoc ſequit hic Ange.⁊ Imo.⁊ Pau.de
Ca.ſz Ro.in l.ſi marito.in princ.ff.ſol.mat.tz contrarium per illum
tex.Pro quo facit,q2 fiſcus ſubit onera legatorum,ſeu fideicõ-
miſſorum ſub conditione relictorum.l.Statius.§.fin.j.de iure
fiſc.Item non vr̃ poſſe reddi bona differentie ratio,quare poti⁹
ad eum tranſeant actiones actiue,quam paſſiue,vt ſtatim dicã,
ideo Bal.tz l.ſi.C.de contrahen.empti.quod obligationes oẽs
actiue,⁊ paſſiue tranſeant in fiſcum.⁊ ibi ad hunc tex.rñdet,vt
etiam rñdet in d.l.ſi marito.⁊ prout ibi rñdet Bar.⁊ gl.in verb.
conditione.in ſolu.quam approbat hic etiam Ray.Nec ob.d.
l.nouatio,per quam Bart.ff.reprehendit dictam ſolu.gl.q2 ibi
loquitur in hereditate iacente,hic in bonis iacentibus,inter q̃
eſt differentia,argu.eorum que no.Bar.in rub.ff.de acqui.here
dita.Item adde ad Barto.hic Bald.in l.ſi conſtante.§.ſi.ff.ſo-
lu.mat.⁊ in l.tutoris.ad legem Iul.de vi.⁊ vide Bar.in conſi-
lio clxvj.incip.Calamanus.⁊ ibi no.hunc tex.in l.peu.C.de ex-
ce.rei iudi.⁊ vide quod per iſtum text.dicit Bart.in d.l.ſi quis
arbitratu.§.ſi.cum concor.ff.de verb.oblig.Item adde gl.no.
in l.non ad ea.ff.de condi.⁊ demon.que vult,ꝙ obligationes cõ
ditionales non tranſeant in fiſcum.quam ſequitur ibi Bar.qui
dicit illud ibi verum intelligi in iuribus prouenientibus ex vl-
tima voluntate:ſecus in iuribus conditionalibus ex contractu
per l.inter ſocerum.§.ſi.ff.de pact.dota.ad hoc alleg.per Bar.
in d.l.ſi.C.de contrahẽ.empt.⁊ in l.j.C.de pac.conuen.lz Ang.
⁊ Imo.hic contrarium teneant.⁊ illam glo.dicte l.non ad ea.re
putant ſingularem in l.etiam.C.ad leg.Falc.Et quid ſi fiſcus ac
cipit bona tanquam vacãtia,vide que dixi poſt Bald.in l.iij.§.
cum ex cauſa.j.de iure fiſc.Et adde ꝙ ad eum non tranſeunt,ni
ſi que ad heredem extraneum tranſeunt,ſecundum gl.in l.j.vbi
docto.maxime Bar.C.de ope.lib.Item non habet ius accreſcẽ
di,vt habet verus heres fiſci.Bald.in l.j.in iiij.q.C.quando nõ
peten.par.⁊ vide per Bal.in l.iubemus.§.j.C.ad Treb.⁊ in re
pe.c.ſi pater.de teſta.in vj.⁊ iura naturalia tranſeunt in fiſcum,
hoc eſt,obligationes naturales,ſecundum Bal.in l.tam man-
datori.C.de non nume.pec.dixi in d.l.ſi marito.Item an in fiſ-
cum tranſeant bona futura,id eſt,queſita poſt publicationem,vi
de Bar.in l.j.j.de bo.dam.⁊ dixi in l.iij.§.pe.ff.quod quiſque
iur.vbi Bald.⁊ Ang.Et nota quod quicquid prohibitum eſt in
aliquem transferrri,id in eum non poteſt per confiſcationem trã
ſire,vt dixi in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dam.infe.⁊ ibi
dixi probando quod ſecus eſſet,ſi quis prohiberetur vendere
illud alicui,q2 aliud bene in eum ex confiſcatione tranſiret.Itẽ
nunquid commoditate conceſſe alicui ad tempus,tranſeant ad
fiſcum ex publicatione,vt dixi in d.§.de vectigalibus.Itẽ adde
quod fiſcus,qui ſuccedit in locum filij banniti,non poteſt dicere
teſtm̃ patris ſui nullum in quo petijt ipſum pater,vt not.voluit
Bal.in l.ſi qua pena.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.quod di
ctum non puto verum,vt dixi in d.§.ſi de vectigalibus.¶Ad-
de an fiſcum tranſeant bona acquiſita poſt confiſcationẽ.Abb.
in cõſi.xcj.ij.lib.Et an in legitima filij banniti,fiſcus mortuo pa
tre,vel matre habeat ius,⁊ an monaſterium ⁊ fiſcus equiparen-
tur:vide Pau.de Caſt.conſi.xxxij.
c Alex.¶Aduerte tria.Quid ſi fiſcus accipiat bona tanquaz va
cantia an teneatur legatarijs,vide in l.iij.§.cum ex cauſa.j.de
iure fiſc.⁊ que ibi dixi.
d Alex.No.iſtam l.Et hoc dixit Bar.ſe in facto conſuluiſſe.de
quo in l.poſt quam.in prin.ff.vt lega.no.caue.
e Alex.¶Tñ hoc eſt verum.No.limitationem ad dictã l.potior,
⁊ ad l.qui balneum.bene facit ad hoc quod no.in l.ſub conditio
ne.j.tit.proximo.in q.j.de confirmatione donationis.

LEX XV.

**SI creditor.** Non intelligiſ pena repetita in ſtipulatione nouãte.h.d.

LEX XVII.

**DElegare.** Opponitur ſupra eodẽ, l.delegare. Solue vt ibi.

LEX XVIII.

**NOuatione.** In ſtipl'one nouãte nõ intelligiſ repetitũ pignus,vel vſura. h.d.

LEX XIX.

1 ☞ Exceptio que obſtat deleganti,non obſtat ei cui facta eſt delegatio,⁊ nu.13.
2 Mulier Velleiano de iure renunciare non poteſt licet conſuetudo ſeruet contrarium.
3 Minor non poteſt renunciare beneficio reſtitutionis.
4 Contrahens poſt xxv.annos intra illud quadriennium ,intra quod poteſt reſtitutionem petere non reſtituitur.
5 Curioſus de negotijs alienis quis eſſe non debet ,⁊ quomodo hoc intelligatur.nu.7.
6 Exceptio doli videtur remiſſa per eum qui ſecundo promittit.
8 Mutans procuratori conſtituto ad accipiendum pecuniam mutuo,⁊ ad conuertendum in aliquam cauſam quando debeat eſſe ſollicitus vt conuertatur.
9 Exceptio que obſtat deleganti,an obſtet ei,cui facta eſt delegatio,quando aliquis eſt delegatus creditori putatiuo.
10 Delegatio quando eſt facta creditori,an exceptio que obſtat deleganti,obſtet ei cui facta eſt delegatio.
11 Exceptio compenſationis que obſtaret deleganti,quando obſtet ei cui facta eſt delegatio.
12 Exceptio excommunicationis,vel banni,que obſtat cedenti, quando obſtet ceſſionario.

**DOli mali.** Iſta eſt notabilis lex,⁊ pfunda,⁊ br̃ h.d.Exceptio,que obſtat deleganti,nõ obſtat ei[a],cui facta eſt delegatio,niſi ↄ̃ eũ eadẽ rõ concedende exceptionis ſubſiſtat.h.d. ¶ No. † ibi tex.diuerſum eſt,ſi iam exceſſerit,⁊c.q̃ nõ habes alibi ita expreſſum.Ex hac lege no.ꝙ exceptio que obſtat deleganti,nõ obſtat ei,cui facta eſt delegatio.Scdo no.† verſ.diuerſum.[b]per quẽ dñt doc.vltramõtani,ꝙ mulier nõ põt renũciare beneficio Velleiani.Nã eodẽ modo quo decipiſ intercedendo,eodẽ mõ decipiſ renũciando,lz gl.dicat ↄ̃,⁊ conſuetudo ſe hz ita. Sz credo ꝙ vltramontani dñt verum de iure.p hãc legem,de quo per Cy.de epiſ.⁊ cleri.l.ſi quis in conſcribendo,⁊ in l.vlti.ad Velle. Tertio no.† verſi.idemq̃.ꝙ minor nõ põt renũciare beneficio reſtõnis,q̃ in renunciatione eodem mõ decipiſ.De quo eſt gl. in l.ſi intra.C.de in integ.reſti.⁊ l.ſi iudex circunuento.ſ̃.de mino.Quarto no.verſ.diuerſum eſt ſi iam.† ꝙ in his que quis ↄ̃hit poſt xxv.annos,intra illud quadriennium,intra qd̃ põt petere reſtõnem,tñ non reſtituiſ.Ita habes hic.ↄ̃ allit in caſu,quẽ habes.C.de repu.here.l.fi.† Vltimo no.ꝙ qs non dz eſſe curioſus de negotijs alienis.¶ Op.de l.apud Celſuz.§.pe.ſ̃.de do. excep.Sol.Aliud eſt in exceptione met⁹,vt ibi,q̃ eſt ſcripta in rem,aliud in exceptione doli,que eſt in pſonã,vt hic ſz Azo.quẽ † gl.reprehendit,q̃ ẽt exceptionẽ metus,quis vr̃ remittere pmittẽs ſcdo,vt C.qd̃ me.cau.l.ij.⁊ vt ſ̃.eo.l.ſi quis delegauerit. Iſta reprehenſio gl.eſt veriſſima,nã ille,cui facta eſt delegatio, non agit ex prima oblĩone ↄ̃cta per metum,ſed agit ex ſecunda interpoſita ſponte.Item opp.de l.ſed Julianus.§.nõ ſolum.ſ̃. ad Maced.Sol.vt ibi.Vlterius opp.de l.quãuis.§.ſi mulier. ſ̃.ad Velleia.Sol.Ibi loquiſ ſm opi.Marcelli que non approbaſ.Item opp.[c] ad finem huiu l.† ⁊ vr̃,quod quis debeat eſſe
c
7 curioſus de pſona eius,cum quo ↄ̃hit,l.iij.§.pe.ſ̃.d in rẽ verſo. ⁊ l.qui cum alio.j.de reg.iur.Sol.dt,ibi in mutãdo hic aliter ↄ̃hendo.Nil eſt dictum,vel dic ibi volebat obligare ex alterius ↄ̃ctu,hic ſecus.Iſta eſt optima,ſi bene intelligatur.Nam in preiudicium ipſius,cum quo ↄ̃ho,non debeo eſſe ſolicitus,⁊ curioſus quid ipſe egerit.Sed ſi ex illo actu volo alium mihi obligari,vel alteri pindicare,tunc debeo eſſe curioſus,vt l.ↄ̃ria:⁊ hoc modo dz itelligi illud,quod dr̃,ꝙ imputat ei,qui nimis fuit credulus,vt ſ̃.de eo per quem factum eſt.l.j.§.dolum.Et per hoc
8 † induco tibi ad queſt.[d] aliquis eſt pcurator ad accipiendũ pe
d cuniam mutuo,⁊ eam conuertendam in emptionem inſtri vel in fabricam talis domus,pcurator venit ad me,⁊ accipit pecuniã mutuo,vtrum debeo eſſe ſollicitus,ꝙ illa pecunia cõuertaſ in illam cãm:Rñ.ſi hz ſpeciale mandatum ad recipiendum pecuniã mutuo,ob hanc cãm ſufficit pcuratorem cãm aſſerere,l.j.§.nõ autem.ſ̃.de exerci.Secus ſi non habeat ſpeciale mandatum,l. fi.eo.tit.⁊ Azo.tz in ſumma illius tit.⁊ Inno.in c.ſi.ex̃ d fideiuſ. Vltimo ad plenam declarationem huius materie,Dy.poſuit hic vnam ſummariam diſtinctionem ſatis plenam,que tñ in ali
9 quibus deficit:ideo examinemus eam per qõnes.Primo† queritur,qñ aliquis eſt delegatus creditori putatiuo,vtrum exceptio que obſtat deleganti,obſtet ei,cui facta eſt delegatio:Dy. dt indiſtincte qd̃ ſic,vt ſ̃.de do.exce.l.Julianus.primo rñ.⁊ de don.l.ij.§.item ſi ei.Mihi vr̃ ſic dõm.Aut exceptio que obſtat deleganti,erat talis ex qua ſoluti per errorẽ daretur repetitio ⁊ verum dt Dy.per dictas leges,aut non dareſ repetitio,vt q̃ exceptio erat odioſa,v tunc non obſtat exceptio ei cui facta ẽ delegatio,ſed ei ſoluit,⁊ ab eo delegans repetet,niſi aliud obſtet ſibi,ſicut ſi ſcienter pmiſiſſet,vt ſ̃.de condi.ob cau.l.qui ſe debe
10 re.ver.ſed ſi cum ſciret.¶ † Scdo quero,quid ſi delegatio eſt facta creditori vero:Dy.diſtinguit,aut delegatus ſciebat ſibi cõpetere exceptionem,⁊ vr̃ eam remittere,⁊ non põt eam opponere,vt ſ̃.eo.l.ſi quis delegauerit.in prin.Aut ignorabat,⁊ tunc aut fit delegatio ex cã lucratiua,aut oneroſa.Si lucratiua,tunc aut exceptio,que ei competebat,erat in perſonam delegantis,⁊ delegati,⁊ non obſtat ei,cui facta eſt delegatio:q̃ non egrediſ pſonam,vt ſ̃.de do.l.qui id ꝙ.§.ſi cum primus,Ita dt Dy.Sed hoc dz intelligi,ꝙ delegatus pmiſit expreſſa certa quantitate. ſi vero pmiſit ſimpliciter illud quod dz,tunc ſecus,vt no.ſ̃.ſol. mat.l.ſi prior.⁊ de re iudic.l.Neſennius,in prin.Proſequitur Dy.aut exceptio erat in rem ex parte opponentis,in perſonaz, aut ex parte illius cui opponitur,vt exceptio doli,vt ſ̃.de do. excep.l.ij.§.j.vel in rem ex parte vtriuſq̃,vt exceptio qd̃ metus cã,vt l.apud Celſum.§.pe.ſ̃.de excep.⁊ tunc obſtat exceptio ei, cui facta eſt delegatio,vt ſ̃.de do.exce.l.Julian⁹.j.rñ.⁊ d don. l.ij.§.item ſi ei.ij.rñ.Ita dt Dy.ꝙ intellige qñ pmiſit ignoranter tali errore,⁊ tutus tali exceptione,ex qua ipſi deleganti ſolutum poſſet repeti,⁊ pmiſſum cõdici,l.iij.ↄ̃.j.⁊ ibi no.ſ̃.de conſti.pec.Proſequiſ Dyn.Aut fit ex cã non lucratiua,⁊ tunc aut ſubeſt eadẽ cã cõcedende exceptionis ↄ̃ eum,cui facta eſt delegatio,que ſuberat ↄ̃ delegantẽ,⁊ obſtat exceptio ei,cui facta eſt delegatio:vt hac l.ver.diuerſum.⁊ ver.idemq̃.vt ſ̃.ad Velleia.l. quãuis.§.ſi mulier.ſm opi.Jo.q ibi approbaſ in glo.Ita dicit Dy.Sed aduerte hic,q̃ iſta exceptio que obſtat ei cui facta eſt delegatio,non eadem numero,cum ea que obſtabat deleganti. Eſt enim noua exceptio,que de nouo tpe ſecunde pmiſſionis oritur,lz ſit eadem gñe.Proſequitur Dy.aut non ſubeſt eadem cã concedende exceptionis,⁊ tunc aut res eſt reditura ad delegãtem doloſum,⁊ tunc obſtat exceptio ei,cui facta eſt delegatio,l. apud Celſum.§.apud Julianum.⁊ l.pure.§.ſi cum qui.ij.rñſo. de doli excep.ibi,niſi iam diuertit.Ita dt Dy.qd̃ intelligẽ ſi promiſit tali errore,ex quo ſi pmiſiſſet ipſi deleganti,competeret condictio,vt dictum eſt Proſequitur Dy.aut non eſt reditura ad delegantem,⁊ non obſtat exceptio,vt ſ̃.de doli excep.l.apud Celſum.§.ſed,⁊ ſi mulier.§.de authoris.⁊ §.ſi cũ legitima.⁊ j. eo.l.pe.⁊ ſ̃.eo.l.ſi quis delegauerit.⁊ hac l.de cond.ob cau.l.ſi donaturus.⁊ hoc in exceptionibus perſone coherentibus:in exceptionibus vero rei coherentibus videtur dicendum,quod debeant obſtare,etiam habenti titulum non lucratiuuz,vt in l.hoc iudicium.ſi inter ſocios.ſ̃.communi diui.⁊ l.idemq̃.§.fi.ſ̃.pro ſoc.⁊ l.ſi ſuperatus.§.per iniuriam.de pigno.⁊ in l.fin.de exce. rei vend.⁊ de except.l.exceptiones.⁊ de regu.iur.l.inuitus.§. pen.Ita dicit Dyn.Iſta determinatio non eſt vera in delegatione,q̃ contra hanc l.ibi,idemque eſt,⁊ in ceteris ſimilibus,⁊ ibi per glo.⁊ apparet ex his,que ſupra dicta ſunt de exceptione quod metus cauſa,⁊ leges allegate per Dyn.non loquuntur in delegatione,ſed in ceſſione.Ratio differẽtie patet ex his,que dixi in primo cõtrario,⁊ ſic indiſticte dixi eis hoc caſu exceptionem non obſtare.Proſequitur Dyn.Si vero eſt dubium,vtrum ſciuerit,vel ignorauerit.Dicit gloſſ.quod ſi exceptio ei competat ex ſua perſona preſumitur ſcire:quia in facto ſuo nõ eſt tollerabilis ignorantia,vt ſupra ad Velleia.l.quanquã.Si ex perſona alterius,preſumitur ignorare,q̃ in alieno facto.⁊c. infra de reg.iur.qui in alterius.⁊ pro ſuo.l.fin.⁊ not.ſ̃.eod.l.ſi quis delegauerit.Dy.Sz hoc intellige vt dixi in d.l.ſi quis,de
11 legauerit.¶ Querit† Dy.quid in exceptione compenſationis: Reſponſio patet ex premiſſis.Eſt enim exceptio rei coherens, vt patet in l.ſi quid a fideiuſſore.ſ̃.de compenſa.⁊ de excep.l. exceptiones.Dy.Sed illud nõ procedit in delegatione,vt ſ̃.dixi.¶ Item,quia in exceptione compenſationis tutus non hz repetitionem indebiti,niſi prout no.in l.qui inuicem.ſ̃.de condic.inde.Sed iſtud procederet in ceſſione actionis,de quo per Dyn.

Dy.ex de reg.iur.in c.cū qs in iuſ.lib.vj.L y.C.de cōpē.l.ei⁹.
12 dic.vt ibi.¶†Querit Dy.ᶜ qd in exceptione banni,⁊ſexcōica-
c tionis,q̄ poterat opponi cedēti:Rn̄ſio pꝫ ex p̄dictis,q꜡ tūc hn̄t
originē ex delicto cedētis,nec eſt delictū circa rē,de qua agit,in
acqſitione cōmiſſum vr̄ diſtingui,an ceſſio fiat ex cā lucratiua,
vel nō lucratiua,vt d.§.de authoꝛis.⁊ d.§.ſi cū legitima.⁊ d.§.
ſꝫ ⁊ ſi mulier.⁊ d.§.ſi qs aūt.Ita d̄t Dy.in d.c.cū qs in ius.Ja.
de Are.tꝫ,ꝙ indiſtincte obſtet.Sꝫ de hoc eſt gl.in d.§.ſi cū legi
13 tima,vt ibi dicā.¶Quero vtrū†exceptio q̄ obſtat delegāti,ob
ſtet ei,cui eſt facta delegatio:Gl.d̄t ꝙ circa hoc eſt adhibēda di
ſtinctio q̄ colligit ex qbuſdā legib.ſꝫ Dy.ponit lōgā diſtinctio-
nem,q̄ eget aliqua ſuppletione,ſed cauſa bꝛeuitatis omitto,⁊c.

ADDITIONES.

a Alex.¶Obſtat ei.Et qn̄ exceptio auctoꝛis noceat ſucceſſoꝛi q̄
ad agēdū,vide gl.no.⁊ ibi Bal.in l.vitia.C.de acquir.poſſeſ.
b Alex.¶No.ver.diuerſuꝫ.An mulier poſſet renūciare bn̄ficio
Velleiani,⁊ minoꝛ reſtōnis,de hoc vltra no.hic,no.ēt in c.ſi di-
ligēti.in gl.de foꝛo cōpe.Adde ꝙ p iſtū tex.d̄t no.Bar.in l.fi.§.
pe.de cōdi.inde.⁊ vide ad mām Jo.And.in Spe.de reſt.in in-
teg.§.qualiter.verſ.ſed nūquid minoꝛ.⁊ Jo.And.de emp.⁊ vē.
in c.cū dilecti.⁊ Bar.in l.cū minoꝛ.j.rē ra.habe.Cōis opin.eſt
ꝙ poſſit renūciare Velleiano.Ita Bar.in l.ij.circa fi.ſ.ti.j.Ad
de Jo.And.i addi.ad Spe.in ti.de renū.§.j.ver.cui aūt iuri.
c Alex.¶Item opp.Iſta faciunt ad no.queſtio.de qua.j.
d Alex.¶Ad qōnem.Pꝛo iſta qōne vide text.in l.liberto.ſ.de
neg.geſt.⁊ ibi Ang.⁊ Bar.in l.ciuitas.ſ.ſi cer.pet.do.Ant.in
c.j.depo.Inno.⁊ doc.in c.quod quibuſdam.de fideiuſſoꝛibus.
e Alex.¶Querit Dy.Et an exceptio que obſtet ceſſionario:vi-
de Bar.in l.heredi.§.nos autem.ſ.de pact.

LEX XX.

NOuare poſſumus.§.Pu-
pillus.Opp.ꝙ pupill⁹ poſſit nouare,vt ſ.eo.
l.iij.Sol.verū eſt ſi ſibi expediat.¶Sꝫ
tūc opp.ꝙ idē erit in pupillo habēte tutoꝛē,⁊ tūc tutoꝛ ita demū
p̄t nouare,ſi pupillo expediat,⁊ ſi īter eos nō eſt ꝯdiā.Dicit gl.tu
toꝛ p̄t nouare qn̄ eſt dubiū,vtrū pupillo expediat,vel nō,ſꝫ i pu
pillo opꝫ ꝙ ſit certū,ꝙ faciat melioꝛē cōditionē ſuam.Et hanc tꝫ
Dy.Sꝫ Ja.de Are.d̄t aliter,⁊ qd̄ d̄t tex.ſi hoc pupillo expediat
exponit.id eſt.expedire putat,⁊ ſic faciat bona fide,l.cū plures.
§.q̄ bona fide.ſ.de admini.tut.ſecus ſi faceret mala fide aio do-
nādi,l.tutoꝛ ad vtilitatē.ſ.d admi.tut.⁊ l.ſi p̄ſes.C.de trāſa.fm
cū.Et p̄dicta ſintellige,qn̄ iſta nouatio īterponit ſup aliqua oblō
ne,in qua veniebat aliqd,qd̄ ſeruādo ſeruari nō poterat.ſꝫ ſi po
terat ſeruari,nō poſſet nouari dicta oblō,ſicut nec res alienari ſi
ne decreto.Ita no.p gl.C.ſi aduer.trāſa.l.j.⁊ ij.Facit C.de p̄di.
min.l.ſi ad reſoluēdam.¶Quero,qd ſi pupill⁹ nouādo nō facit
ꝯdōnē ſuā melioꝛē,nec deterioꝛē:Gl.vr̄ hic velle,qd̄ h̄ nō poſſit
facere pupill⁹,ſꝫ tutoꝛ.Cōtrariū not.ſ.eo.l.iij.⁊ illā tꝫ Dyn.

LEX XXI.

1 ☞Mandatum habens ad ſolutionem recipiendam, vel mu-
tuum non poteſt obligare mandantem confitendo.

a SI debitoꝛem.ᵃ Nō eſt,d̄t Ja.de Are.
q꜡ hec ſunt īter ſe diuer
1 ſa,⁊ ſic eſt arg.ꝙ † q mādatū ad recipiēdā ſolōnē,nō
hꝫ mādatū ad cōfitēdā ſolōnē.qd̄ no.lꝫ eñ p curatoꝛ
b ſit ꝯſtitut⁹ ad ſolōnē recipiēdā,non credo ᵇ qd̄ ſufficiat ſi cōfitea
tur ſibi ſolutū,vel ſolōnē recepiſſe.Aliud eſt.n.recipere,aliud eſt
c cōfiteri recepiſſe.ᶜ Idē in eo q hꝫ mādatū ad recipiēdū mutuū.
Nā nō ſufficit ꝙ ꝯfiteat ſe mutuū recepiſſe.Differūt.n.īter ſe.vt
h̄ ⁊ l.ij.i fi.ſ.ſi cer.pe.⁊ ē tex.cū gl.i l.j.§.ſi mutuā.ſ.ſi qdi frau.
pat.⁊ ſic dꝫ dicere i iſtrō,q̄ d̄dit,⁊ numerauit i p̄ntia mei notarij.

ADDITIONES.

a Alex.¶Si debitoꝛem.Ad hanc legem vide Cyn.in l.falſus.j.
de furt.
b Alex.¶Non credo.Adde qd̄ idē tꝫ Jo.And.in addi.Spec.in
in tit.de teſt.§.j.ver.ſed pone egi.in fi.Idē tꝫ do.Ant.⁊ Abb.
in c.ſi cautio.de fide inſtr.Idē tꝫ Bar.⁊ Bal.in l.ij.§.fi.ſ.ſi cer.
pet.⁊ Bar.in l.non abſtulit.C.de noua.Idē tꝫ Ang.in l.ij.§.fi.
C.de quadri.pꝛeſcri.⁊ Ro.in l.pꝛedia.ſ.de acqui.poſ.lꝫ ꝯtriuꝫ
teneat Ang.in l.a diuo.§.ſed ſi emptoꝛ.ſ.de re iud.quem ſeqt
Imo.hic,⁊ in d.§.ſed ſi emptoꝛ.Idem tꝫ Fede.de Sen.in cōſi.
iij.quod incipit.Titius fecit,pcuratoꝛem.Vide Bal.in d.l.nō
abſtulit ⁊ Bal.in l.pecunie.de ſol.¶Adde quod Pau.de caſ.
hic refert Ang.ſentire ꝯtrium,⁊ illum ſequitur,tamen eius cōſ.
ccxcvij.tenet pꝛimam opi.Bal.conſi.cccxxiij.j.lib.
c Roma.¶Confiteri recepiſſe.Vide Abb.ꝯſil.iiij.⁊ Alexā.xcv.
vol.iij.vbi dicit ꝙ talis etiam non poteſt renunciare,nec alius,
niſi conſentiente eo,qui dedit mandatum,

LXE XXIIII.

NOuatio autem.Quidā d̄nt,ꝙ hic eſt
tex.ꝙ hereditas ſuſti
net pſonā hr̄dis,vt ibi,cui⁹ pſonā hr̄ditas ſuſtinet,⁊c.
ſed non d̄t hoc hec lex,q꜡ debes exponere ad hr̄dem
illius,ſ.defuncti,cuius.ſ.defuncti,perſonam interim,⁊c.

LEX XXV.

NOn ideo.No.ꝙ filio,⁊ ſeruo p̄t ſolui illd̄,qd̄
ipſi mutuauerūt,vt hic,⁊ j.ti.j.l.ꝙ
ſeru⁹.⁊ d pac.l.ſi vn⁹.i p̄n.⁊ depo.l.qd̄ ſeru⁹.ſic ⁊ i mo
nacho.Nā monacho p̄t ſolui illud qd̄ ipſe mutuat,vel
depōit,nō tn̄ poſſet nouare,vel alio mō remittere.tex.eſt hic,qd̄
nota multum.

LEX XXVI.

1 ☞Minoꝛ ſumma quando videatur pꝛomiſſa in obligatione
alternatiua ſummarum.

SI is cui.Ad iſtū finē op.ſ.e.l.ſi Stichū.§.ſi
decē.⁊ j.eo.l.a te.Sꝫ rn̄deo,hic loqt
qn̄ fuit expꝛeſſe actū,vt alternatiua p copulatiua po
neret,alias ſecus,vt in ꝯtrijs.¶Scdo op.†foꝛtius,in
1 alternatiua quātitatis minoꝛ tm̄ ſumma debet,l.ſi ita ſtipulat⁹
fuero decē aut xv.⁊ ſtipulat⁹ fuero.ſ.d ver.obl.ꝙ minoꝛ ſumma
vr̄ nouata.Gl.rn̄det,⁊ male.Dicit eñ,minoꝛ ſumma eſt in oblō
ne.Verū eſt,niſi eligat maioꝛ.Videte i alternatiua ſummariū,
maioꝛ ſumma nō eſt in oblōne,⁊ ēt ſi eligat,nō p̄t ſolui tāquā de
bita,ſꝫ ex cā donationis ſoluet.l.ſi ita relictū.in fi.de leg.ij.⁊ in le
gib.alleg.p ꝯtrio.Qd̄ eſt verū,qn̄ in ſummis nō cadit affectio,
q꜡ pmiſſe ſunt ſimpliciter,ſemp eñ vr̄ velle qd̄ min⁹ eſt.Sed qn̄
pp aliquā adiectionē in ſummis caderet affectio,tūc vtrūqꝫ eſt i
oblōne ſicut i ſpecieb.vt hic eſt caſus in l.nr̄a,foꝛte intereſt mea
magis ſoluere xv.q̄ dꝫ Titi⁹,quā decē q̄ dꝫ Sei⁹.Idē ſi caderet
affectio rōne loci,vel pſone adiete,vt j.tit.j.l.q res.§.q ſtipulat.

LEX XXVII.

1 ☞Vſure ratione pꝛeteriti tempoꝛis,quando debeantur.
2 Nouari poteſt quod venit officio iudicis.

EMptoꝛ.Duas lec.ponit gl.i hac l.⁊ vtraqꝫ
eſt notabilis.ſꝫ pꝛimā h.d.Curſus
vſurap ex natura actionis pcedēs in ſtipōne nouā
1 te,nō intelligit repetit⁹.¶Scdm hāc lec.† q̄ro,an
vſure rōne p̄teriti tpis dēant:Gl.q̄ eſt hic,vr̄ dicere qd̄ ſic,nō tā
quā vſura,ſꝫ tāquā ſoꝛs,cū eñ pmitto qd̄ Titio debeo ex cā em-
ptionis,pmitto qd̄ dēbā p ſoꝛte,⁊ vſuris.⁊ id̄ ille vſure debent,
vt ſoꝛs,Iſtud pbat.vt j.rē pupil.ſal.fo.l.cū pupillus.⁊ l.ſequē.
⁊ qd̄ ibi no.¶Alio mō legit hec lex,⁊ br̄.h.d.Vſure q̄ debētur
officio iudicis.in ſtipōne nouāte nō vn̄r deducte.Aduerte,iſta
opi.poſſet eſſe vera,ſi ponerem⁹ iſta verba nouationis eſſe cōce
pta,qcqd actione ex vēdito te dare facere opꝫ,pmitto.Sꝫ ſi po-
nerem⁹ verba cōcepta in rē,quicquid occaſione vēditionis,vel
qcquid ex vēdito dare facere opꝫ,tūc debent vſure p̄teriti tpis
2 tanquā ſoꝛs.¶†Quero,an id qd̄ officio iudicis venit,poſſit in
nouationem deduci:Puto quod ſic,vt j.tit.ij.l.⁊ vno.§.j.

LEX XXVIII.

1 ☞Nouatio non pꝛeſumitur quando ſecunda ſtipulatio conti
net aliud quam pꝛima.
2 Eſtimatio quando debetur iure actionis,inſpicitur tempus cō
tracte obligationis,ſecus ſi debetur officio iudicis.

FVndum Coꝛnelianum.Si ſecū
1 da†ſtipulatio continet aliud quā pꝛima,nouatio nō
pꝛeſumitur.Item quando eſtimatio debetur iure
actionis,tempus cōtracte obligationis,quando officio iudicis,
tempus petitionis inſpicitur.h.d.¶Opp.de l.ſeruū.§.fi.ſ.de

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

verbo.obli.Sol.Bene pōt fieri nouatio,ſi hoc eſt actum, vt ibi, ſed in dubio non preſumit actuz, vt hic. ¶ Item opp.de l.ſi pupillus.ij.§.qui actum.ſ.eo.ſm opi.quam tenui, vbi aliud ſtipulabatur ⁊ preſumitur nouatio.Sol.Ibi nō ſtipulatur aliud om
a nino,ſed eſt idem reſpectu commoditatis. ¶ Ulterius op.[a] ad verſi.ita ff.de reg.iu.l.bona fides.⁊ l.locum.§.condemnatio.ſ. de tabu.exhi.Sol.vt ibi per glo.⁊ per Dyn.in c.bona fides.de
2 reg.iur.lib.vj. ¶ Tertio op.† ad ſi.de l.vinum.ſ.ſi cer.pet.⁊ l. in hac.ſ.de tritica.Sol.hec lex diſtinguit oēs illas, qꝛ aut eſtimatio debetur iure actionis.⁊ oblōnis, ⁊ inſpicitur tēpus ꝯtcte oblōnis,vt hic,⁊ l.hoīem.§.mād.Aut venit eſtimatio officio iudicis,⁊ hñt locum diſtinctiones,que in l.ꝯria ponuntur.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Ulterius opp. Per Bar.in l.plane.§.j.ſ.de leg.j.⁊ in l.ij.§.Mela.de dot.prele.

LEX XXIX.

1 Nouatio que fiat per litis conteſtationem.
2 Priuilegia prime actionis an intelligantur repetita in ſtipulatione nouante.

a Aliam.[a] Per litis conteſtationem non fit deterius ius agentis. Item in ſtipulatione nouante intelligūtur repetita priuilegia, que fauore agentis,vel cauſe erant in prima,niſi aliud ſit actum. h.d.⁊ iſta lex eſt multū no.⁊ no.cā circa ſi.⁊ aduertatis. ¶ Opp. de l.aliqñ.§.de pignorib.ſ.ad Velleia. gl.ſignat eam ꝓ ꝯrio: ſed iſtud ꝯrium non debuit ſignari hic,ſed j.l.pxi.⁊ ibi dicam.
1 ¶ Quero,† que[b] nouatio fiat per litis conteſtationem: Rñdeo
b tu debes ſcire qꝫ triplex nouatio eſt.Quedam eſt, que eſt vnius oblōnis in aliam tranſfuſio.vt ſ.eo.l.j.⁊ iſta fit per ſtiplōnem ⁊ per conteſtationem factam a volentib.animo nouandi,vt ſ.eo.
c l.delegare.Quedam eſt[c] nouatio,hoc eſt ad veterem actionem noue qualitatis adiectio,⁊ iſta dr̄ fieri per litis conteſtationem, que fit neceſſario ab actore,vt hic.Non eñ tollitur prima actio, ſed ei noua forma adijcit.Quod prima non tollatur pꝫ.ḋ verb. oblig.l.cum ſtipulanti ſumus.⁊ C.de iudi.l.j.qḋ noua qualitas adijciatur,pꝫ qꝛ prima erat tꝑalis ꝑ conteſtationem efficit ꝑpetua,⁊ tranſitoria ad heredes,vt hic,cuꝫ ſi.Quedam eſt nouatio, hoc eſt noue actionis ad veterem adiectio.⁊ iſta fit per ſniam.de hoc loquitur l.ſi.C.de vſu.rei iudi.⁊ hoc tangit ꝑ doc.C.de iudi.
2 l.j. ¶ Quero,† vtrum priuilegia prime actionis intelligant repetita in ſtiplōne nouante.Tex.cum gl.vr̄ hic dicere, qꝫ ſic niſi ſit actum in ꝯrium.Tu dic circa hoc,qꝫ in actione prima nouata qñqꝫ inſunt aliqua ad commodum rei,vt dilatio, ⁊ iſta intelligātur repetita.dixi in l.ſi Stichum.§.j.ſ.eo. Quedam inſunt ad
d commoduꝫ actoris[d],⁊ tunc aut iſta talia inſunt ex conuentione ⁊ diſpoſitione ꝯhentium,vt fideiuſſores, pignora, ⁊ pene, ⁊ iſta non intelligunt repetita,vt ſ.eod.l.ſi creditor.⁊ l.nouatio.⁊ C.ēt
e ob chirco.pecu.l.j.Quedā inſunt ex legali diſpoſitione[e],⁊ tūc aut iſta inſunt fauore creditoris vel cauſe.⁊ intelligunt repetita niſi aliud actum ſit,vt hic.Qñqꝫ inſunt odio debitoris moroſi vt vſure,que veniunt in ꝯctibus bone fidei:⁊ iſte non intelliguntur repetite,vt ſ.eod.l.emptor.⁊ l.nouatione.

ADDITIONES.

a Roma. ¶ Aliam.Vide Bar.in l.j.C.de iudi.an poſt litem cōteſtatam fiat nouatio.
b Alex. ¶ Quero,que.Vide Bar.in l.j.ſ.de iudi.
c Alex. ¶ Quedam eſt.An dicta in primo ꝯctu videantur repetita in ſecūdo,adde not.per Bar.in l.licet.de leg.j.ad fin.Adde an dictum in primo contractu videatur repetitum in ſecundo, Pet.de Anch.conſi.cclxiij.
d Alex. ¶ Commodum actoris.De iſtis per Ang.in l.j.C.de indic.in repe.etiam in lec.⁊ ibi reprehendit Bar.
e Alex. ¶ Legali diſpoſitione.Vide que no.Ang.Are.Inſti.de act.§.fuerat.nu.24.verſ.an aūt,⁊ qñ.⁊ Imo.in rub.ſol.ma.ver. item aduerte qꝫ priuilegium,⁊c.Et hic adde no.per Bar.in l.ſi quis cum aliter.verſi.quero circa ſm.de verb.oblig.

LEX XXX.

Paulus. Opp.de l.aliquādo.§.de pignoribus.ſ.ad Velleia.Sol.vt ibi, qꝛ nno tenuit nouatio cum effectu.

LEX XXXI.

1 Obligatio qñ precedit,⁊ mora,an per ſequentem ſtipulationem purgetur mora,⁊ ſequens ſtipulatio commitatur.

Si rem aliquam. Non eſt aliqua lex in corpore iuris,que habeat fortiora contraria quam iſta,⁊ habet iſta lex quatuor lec.in glo.⁊ vnam extra glo.Dy.⁊ Jac.de Are.

tenent tertiam lecturam poſitam in glo.que lꝫ in ſe vera eſt, tamen ego teneo quintam lecturam que non eſt in glo.Et diuido iſtud principium in tres partes,vt patet ex litera.Et ſm lec.tertiam poſitam in gl.h.d.Stipulatio conditionalis nouat puraꝫ in conditionis euentum,ſi tunc res exiſtat,vel ante ſecundam ſtipulationem poſt moram deſierit,vel poſt ſecundam facto debitoris perierit. ¶ Opp.ad literam de l.quoties.verſi.vñ Marcellus.ſ.cod. Huius timore ſunt hic quatuor lec. Una Roge. qui dicit,qꝫ fuit actum,vt per ſequentem ſtipulationem nō nouetur mora precedens.Sed contra iſtam oppo.ex prima ſtipulatione non poteſt agi pendente conditione,l.pecuniaꝫ.ſ.ſi cer. pet.Item ex ſecunda ante conditionis euentum ⁊ ſic non poterit agi,dicit Roger.hoc eſſe verum,niſi eſſet actum.Sed opp.ſi res non exiſtat tempore exiſtentis conditionis,non poteſt committi ſtipulatio.Dicit Roger.verum eſt, niſi ſit actum qꝫ mora purgetur.Videte,iſta lec.eſt vera in ſe,tamen diuinationem cōtinet.Alij ergo,vt Jo.timore huius ſoluūt aliter,qꝫ hec res perijt facto ꝓmiſſoris.vnde habetur perinde,ac ſi res extaret.Cōtra iſtam lec.opp.qꝛ ſecundum hoc iſti duo ver.ſcilicet ver. niſi ſi per ꝓmiſſorem,⁊ ver.⁊ ſi priuſquam,⁊c.bis idem dicit Jo. fateor tamen ſecundum ſuum dictum, eſt cā maioris declarationis,⁊ euidentie,⁊ ita ponit gl.tua in ſi. que debet iungi cū dicto Jo.Vide gl.in verb.que incipit,hoc totum ibi,licet Joā.aliter dixerit,⁊ ibi,ſi tamen dicatur prius,⁊c.⁊ ita lege iſtam glo.Iſta opi.Jo.eſt vera in ſe,tamen eſt diuinare.Item ibi,eſt abſurdū, qꝫ bis repetat idem,cum non declaret magis in ſecundo dicto, quam in primo. ¶ Legunt alij tertio modo,qꝫ ver.niſi ſi per promiſſorem.loquatur quando res perijt poſt moram, ante ſecundam ſtipulationem. Nam hic poteſt deduci in ſtipulationem animo nouandi,l.inter ſtipulantem.§.pen.ſ.de verb.obli.⁊ l.ſi ſeruum.§.ſi.eo.tit.ſed verſi.⁊ ſi prius quam.loquitur qñ perijt poſt ſecundam ſtipulationem facto promiſſoris,⁊ ſic in illo ver. ⁊ ſi prius quam.⁊ opi.Jo.in precedenti nō.hanc opi.tꝫ Jac.de Are.⁊ Dy.⁊ Old.⁊ multi Moder.⁊ eſt in ſe veriſſima,tñ qꝛ gl. inter iſtam lec.intellexit quandam aliam,ideo vide gl.⁊ eam iūgas prout debes.Vide gl.ibi,vel potes primam partem, vſqꝫ ibi,alij dñt,⁊ omitte ver.alij dñt,⁊ aſſume ver.qḋ antē ſequit,⁊c. Iſta lec.in ſe eſt vera,tñ continet donationem in ſe,quare alij dicunt totum econtra ad iſtam lec.qꝫ in lege contraria erat mortuus poſt moram ante ſtipulationem.hic vero erat mora ante ſtipulationem,ſed non mortuus.Et dicit gl.qꝫ eſt veritas.Certe iſta lectu.omnino eſt falſa in qualibet ſui parte. Nam in prima parte,qñ erat mortuus poſt moram ante ſecundam ſtipulationem non poteſt loqui lex contraria,qꝛ tunc mora non purgaretur,d.l.inter ſtipulantem.§.pe.ſ.de verb.oblig.qꝛ non poteſt dici ficta obligatio,cum iam eſſet mortuus,⁊ ſic non erat res, ſuper qua poſſet fingi,vt l.qui decem.§.idem reſponſum.j.de ſolu.Item ſecunda pars,qua dicitur hic,loquitur quando mora erat ante ſtipulationem ſecundam,ſed non erat mortuus, nō eſt vera,qꝛ tunc mora purgatur, ⁊ deſinit periculum pertinere ad promiſſorem,d.l.ſi Stichum.in princip.⁊ d.l.quoties. Quid ḡ dicemus: Br̄ gl.dat aliam lec.in d.l.quoties.verſi.vnde Marcellus.que eſt veriſſima,qꝫ ibi loquitur qñ quis fuit ſtipulatus poſt moram ſub conditione repreſente,merito poteſt hēre vim oblōnis,⁊ intelligitur mora purgata.hic vero debet intelligi re abſente,l.qui decem.§.idem reſponſum.j.de ſol.Et hanc tenebant Ja.de Are.Pet.And.de Piſis,⁊ do.Ray.⁊ puto qꝫ ſit vera,⁊ licet contineat aliquam diuinationem,tamen hoc facimus ex diſtinctione quam facit tex.in l.qui decem.§.idem reſpōſuꝫ. de ſol.⁊ hanc teneatis. ¶ Contra predicta oppo.de l.parui. de condic.furt.Sol.Stipulatio interpoſita animo donandi pure, purgat moram indiſtincte,ſiue res ſit preſens,ſiue nō.vt in contrario.Sed quando interponitur ſub conditione, habet locum diſtinctio preſentie,vel abſentie. ¶ Item opp.mora purgatur quando per creditorem noua dilatio conceditur,vt l.mora.ſ.ḋ vſur.ſed hic conceditur noua dilatio in conditionis euentum: ergo.⁊c.Sol.Iſtud eſt verum,quando conceditur noua dilatio principaliter,hic principaliter agebatur vt liberaretur a prima obligatione in euentum conditionis.Unde dilationem habebat per quandam conſequentiam,alias non. ¶ Op.de l.eū qui. §.ſi.ſ.de ver.obl.vbi lꝫ mora non purgetur,tamen ſtipulatio cōditionalis animo nouandi interpoſita,non committitur repempta.Sol.Ibi loquitur qñ vnus erat debitor, ⁊ ab alio ſum ſtipulatus rem animo nouandi,hic quando ab eodem debitore,vnde quantum ad eum videtur res extare, cum interijt poſt eius moram non purgatam,ſecus quo ad aliū. ¶ Ultimo Dy.
1 † ponit hic vnam diſtinctionem[a] imperfectam ſatis iō eſſet re-
a epiloganda,vt recolligamus predictas lect.Jō ꝓ declaratione diſtingue,qñ precedit oblō,⁊ mora,an per ſequentem ſtiplōnes purget mora,⁊ ſequens ſtipulatio committatur, ſic diſtingue,

Aut

Aut ſecunda ſtipl'o interponitur non animo nouãdi, aut animo nouandi. Primo caſu aut res erat preſens, ⁊ purgatur mora. Aut erat abſens, ⁊ tunc ſecus, l. qui decem. §. idem reſponſum. j. de ſol. ſm quod gl. intelligit illum. §. ⁊ l. parui. de condi. furt. Aut fuit interpoſita animo nouandi, ⁊ tũc aut pure, ⁊ purgatur mora indiſtincte, d. l. parui. Aut ſub conditione ⁊ tunc aut res deſierat eſſe ante ſecundam ſtipulationem, poſt moram tamen, aut extabat. Primo caſu, mora non purgatur, ⁊ nouatio fit, l. inter ſtipulantem. §. pen. ſ. de verb. obli. ⁊ l. ſi ſeruum. §. fi. eo. titu. Secundo caſu, aut res fuit preſens, aut abſens. Primo caſu, mora purgatur, ⁊ ſequens ſtipulatio non committitur, ſi res nõ extat tempore conditionis, d. l. quoties. verſi. vnde Marcell⁹. ſ. eo. ⁊ fallit ſi eſſet actum ꝙ mora non purgaretur, vt hic ſm lec. Roge. Item fallit, ſi res periret facto promiſſoris: q2 tunc ſtipulatio committeretur, vt hic ſm lect. Jo. ſm tertiam lect. quã tenuit Dy. ⁊ Jac. de Are. quod eſt verum qñ ab ipſo eodem debitore erat ſtipulatus animo nouandi: ſecus ſi ab alio: tunc em̃ licet mora non purgetur, tñ ſequens ſtipulatio non committit̃, l. eum qui ita. §. fi. ſ. de verb. obli. Secundo caſu qñ res non erat preſens, tunc mora non purgatur, ⁊ ſequens ſtipl'o cõmittitur, vt hic, ſm lec. quam tꝫ gl. in d. l. quoties. ver. vnde Marcellus. quam tñt Moder. doct. ⁊ probatur in d. l. qui decem. §. idem rñ ſum. j. de ſolu. intelligendo, ꝙ ibi ſecunda ſtipulatio fuit animo nouandi. Quod dixi, ꝙ ſecunda ſtipulatio committitur, intellige ſi ab eodem fuerit ſtipulatus, ſecus ſi ab alio, vt d. l. eum qui ita. §. fi. ſ. de verb. obli. ¶ Item in hac lege habetis gl. que ponit caſum, ⁊ non bene, vt ex predictis apparet. Et credo, ꝙ fuit additio ſerotina, ideo de ea non curo.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Unã diſtinctionem. An per ſequentem ſtipl'onem conditionalẽ purgetur mora p̃cedens, ⁊ qñ predicta ſtipulatio cõmittatur, Adde Bar. in l. eum qui ita. §. fi. de verb. obli. ⁊ dicit Rapha. vt dicit dominus meus in l. ſcire debemus. §. fi. de verbo. obli. ꝙ ſtipulatio purgat moram. vide ibi.

§. Si duo. Unus ex reis credendi poteſt in alterius preiudicium nouare, delegare, ⁊ nomina debitoris cedere. h. d. ¶ Cõtra hanc legem oppo. de verbo ad verbum. ſ. de pact. l. ſi vnus. in prin. Dñt quidam, ibi in pacto, hic in nouatione. Non eſt verum, q2 tex. ibi loquitur de nouatione. Alij dñt, id qđ ibi dr̃ de duob. reis, nõ refertur ad omnia premiſſa. Truffa eſt hoc dicere. Alij dñt, ꝙ ibi nõ erant ſocij, hic ſic. Truffa eſt, q2 ibi dicit de argentarijs ſocijs. gl. dicit, ibi loquit̃ de impropria ſocietate. Et hanc ſol. tꝫ gl. hic, ⁊ vbiq3. Dy. ⁊ Ja. de Are. Old. ⁊ omnes excepto Gul. de Cu. qui dicit totum ↄ̃rium. ibi loquitur in duob. reis ſocijs, hic in duob. reis non ſocijs. Uide rõnem, qñ ſunt duo rei ſocij, quicquid ab vno recipit̃ in ſolutũ deberet inter eos communicari. Nam vides, ꝙ vnus non poteſt alteri preiudicare recipiendo ſolutionem, eodẽ modo nec nouatione, nec pacto: ſecus qñ non ſunt ſocij, q2 tunc põt preiudicare ſolutioni, ⁊ eadem rõne, nouatione, ⁊ pacto, vt hic, ⁊ l. in lege Falcidia hoc eſſe ſeruandum. ſ. ad l. Falci. ⁊ hec opi. fuit renouata per Gul. que fuit antiqua opi. Azo. in l. ex duob. ſ. de duob. reis. Contra iſtam ſolutionem facit l. ſi duo. ſ. de arbit. Dic vt ibi dixi, in materia de duobus reis.

LEX XXXIII.

SI Titius. Exceptio coherẽs perſone, que obſtabat deleganti, non obſtat ei, cui facta eſt delegatio. hoc dicit.

LXE XXXIIII.

DUbitari. Qui habet liberam peculij adminiſtrationem, poteſt nouare, niſi animo nouaudi faciat. hoc dicit.

a §. In ſumma. Una ſtipulatio poteſt nouare plures ſtipulationes. hoc dicit.

ADDITIO.

a ¶ In ſumma. Uide quod conſuluit Ro. conſi. ccccciij.

De ſolutionibus & liberationibus. Tit. iij.

1 ☞ Solutio differt a liberatione, quia ſolutio eſt facti, ⁊ liberatio iuris, ⁊ qualiter intelligatur quod ſolutio ſit facti.

2 Hic titulus loquitur tam de liberatione que contingit ope exceptionis, quam de illa que contingit ipſo iure.

¶ Iſta rubrica continuatur hoc modo. Dictum eſt. ſ. de nouatione obligationum, verum q2 nouatio equiualet ſolutioni, vt ſ. tit. j. l. ſi rem. §. fi. ideo ponitur hic rubri. de ſolu.

1 ¶ Querit gl. † quid differt ſolutio a liberatione? Et reſpõdet, qđ ſolutio eſt facti, ⁊ ſic ponit̃, ꝓ ipſo actu ſolutionis, liberatio eſt quidam effectus iuris, qñ quis abſoluit ab obl'one. ¶ Contra iſtud opp. primo dt, qđ ſolutio eſt in facto. Primo ſolutionis verbum gñale eſt, vt j. eo. l. ſolutionis. Dicit gl. fateor, qđ qñq3 ponitur largiſſime, ſed hic ponit̃ ſtricte ad drĩam alterius liberationis, qđ qualiter intelligat̃, dicam in l. ↄ̃ria. ¶ Scđo opp. hic dr̃, ꝙ ſol. facti eſt. Contra, imo eſt iuris, hoc eſt, dñij tranſlatio. Nã ſi dñium non transfert̃, non diceret̃ ſolutio, vt j. eod. l. qđ ſi forte. §. fi. ſed tranſlatio dñij dr̃ eſſe iuris, l. vbi autem. in fi. ſ. de verb. obli. ergo, ⁊c. Sol. Si nos accipimus factum largiſſime, vt comprehendat dationẽ, tunc iſta gl. ꝓcedit ſine ſcrupulo, l. in facto. ſ. de ↄ̃di. ⁊ demon. Si vero accipimus ſtricte, ꝓut eſt ſpecies diſtincta datione, tunc vtrum ſolutio ſit facti, vel non, dic vt l. ſi ita ſtipulatus. §. poſſum. ⁊ ibi dixi. ſ. de ver. obli. Et qđ ſolutio ſit facti, vide in l. conſilio. in fin. ſ. de cur. furio. tñ dꝫ intelligi dictus tex. ſm predicta. Habetis examinatam primam opi. ⁊ veram. Alij vero dñt aliam drĩam inter ſolutionem ⁊ liberationem, q2 dr̃ ꝙ ſolutio eſt, qñ obl'o tollitur: liberatio eſt, qñ ab obligatione eximitur remanente obligatione in rerum natura, vt in deportato, vt vidiſtis in l. ſi debitori deportatio. ſ. tit. ij. qđ gl. non

2 multum plꝫ, ſed ſatis põt ſuſtineri. ¶ Quero † vtrum iſte tit. loquatur de liberationib. que ↄ̃tingunt ipſo iure, an de his que cõtingunt ope exceptionis? Gl. dicit quod de vtraq3, ⁊ bene.

LEX I.

1 ☞ Solutio facta ſimpliciter, non expreſſo in quam cauſam ſit facta, videtur facta magis in vſuras quam in ſortem. ⁊ nu. 9.

2 Soluens circa electionem cauſe, ob quã velit ſoluere poteſt dicere quid vult.

3 Creditor ſolutionem a debitore factam, qñ non eſt dictum, in quam cauſam, nõ poterit eligere quod fuerit facta in debito, cuius probationem non habebat.

4 Creditor poteſt eligere ſolutionem factam in cauſam leuiorẽ, dum tamen ſic eligat, prout in re ſua eligeret.

Culpa in rebus communibus eſtimatur, ſi aliquis non facit illud in communibus, ſicut in ſuis.

Culpa in rebus alienis eſtimat̃: ſi non facit illud, quod deberet facere diligens pater familias.

5 Quando res aliena eſt commiſſa arbitrio alterius, ſufficit quod faciat illud, quod diligenter faceret, etiam ſi minus diligenter.

Factum in re preſenti, dicitur factum parum ante, vel poſt.

6 Incontinenti dicitur factum, quod ſit anteqnam contractus, vel actus ſit habitus pro perfecto.

7 Creditor debet incontinenti eligere, in quam cauſam ponat ſolutionem, ſicut debitor, ⁊ debitore preſente.

8 Creditor ⁊ debitor ſi ſunt in controuerſia, in quã cauſam cedat ſolutio, creditor tenetur reddere pecuniam debitori.

10 Soluere quis videtur magis ſuo nomine, quam alieno, ⁊ ita actum gerere.

a QUoties. a Iſta lex continuat̃ vſq3 ad l. in his. §. ſi duos. Et cõſueuit videri difficilis, tñ clara eſt, diuiditur in quatuor partes. ¶ Primo loquitur, qñ debitor ſoluens eligit in quam cauſam ſoluat. Secundo, quando non eligit debitor, ſed creditor. Tertio, quando debet fieri iſta electio. Quarto, quid iuris ſit nemine eligente. Secunda ibi, quoties vero. Tertia ibi, ſed conſtituere. Quarta in l. ceterum. verſicu. quod ſi forte. ⁊ durat vſq3 ad d. §. ſi duos.

1 ¶ † Epp. C. eod. l. j. ⁊ de vſur. l. ſi vſuras. vbi prius videtur ſolutum in vſuras, quam in ſortem. Gl. dicit, intelligo iſtud principium in pluribus cauſis principalibus, ſecus ſi vna eſt principalis, alia vſuraria. vt in ↄ̃rijs. Hoc non eſt verum quantũ ad principium huius legis, ſuper quo poſita eſt glo. Nam quando debitor elegit, in illam cauſam eſt ſolutum, in quam eligit, non habita diſtinctione cauſarum. Sed dictum glo. eſt verum, quando ſolutio eſt facta ſimpliciter electione a nemine facta. ¶ Secundo oppo. j. l. proxi. Solu. quod hic dicitur, quod eſt in arbitrio ſoluentis, eſt verum, niſi creditor contradicat, vt dicam ſta-

2 tim in l. ij. ¶ Tertio oppon. † videtur quod ſoluens nõ poſſit dicere legem, quam ipſe vult ſoluendo, l. in traditionibus. ⁊ ibi gl. ſ. de pact. Solut. Soluens poteſt dicere legem quam velit circa electionem cauſe, in quam ſoluit, aliam vero legem nõ poſſet dicere ſi ſoluit debitum ciuiliter, ⁊ naturaliter, vt not. in d. l. in traditionibus. ſ. de pact. quod tene menti, quia ſingularis eſt gloſſ. ¶ Uenio ad ſecundam partem, ⁊ videtur quod arbitriũ datum creditori nihil importet, quia debebit ſemꝑ eligere cauſam grauiorem, ſicut elegiſſet debitor, ⁊ ſic hec lex videtur fruſtra poſita. Hui⁹ timore ſunt in hac l. due gl. vna eſt hic, alia in l.